

K 7
4299



DISPUTATIO ²⁷
DE HOMICIDIO ^{658.}

Quam
D. T. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi ac Consultissimi Viri
DN. JOHANNIS EICHRODII
J. U. D.

Et Illustrissimi Comitis ac Domini
DN. ERNESTI COMI-
TIS HOLSATIAE, SCHAUMBUR-
GI ET STERNBERGÆ, DN. IN GHEMEN,
Confiliarij, nec non Illustris Gymnasij Hagensis
Professoris Juris Ordinarij, & pro tempore
Rectoris Magnifici, Præceptoris sui sum-
ma observantia colendi.

Publici exercitiij gratia discutiendam proponit

ADOLPHVS VVINTHORN Schaumb.

In Collegio Ictorum 13. Martij.

HAGÆ Schaumburgicorum.

ANNO 1613.

Hyp 4299



*Illustriſſimo ac Generoſiſſimo Comiti
ac Domino,*

**DN. ERNESTO
COMITI HOLSATIÆ,
SCHAUMBURGI ET STERNBER-
GÆ, DN. GHEMÆ &c. DN,
ſuo clementiſſimo.**

Haſce poſitiones legales

In

**Humiliſſimæ ſubjectionis ſignum
Debitæq; gratitudinis argu-
mentum**

D. D. O.

ADOLPHUS VVINTHORN. R.





DISPUTATIO DE HOMICIDIO

Thesis I.

Tertium delictum publicum ab Imperatore in §. *item lex Cornel. de Sicarijs. 5. & §. seq.* relatum, est homicidium: quod inter cætera ferè ubivis locorum, proh dolor, omnium est frequentissimum, *ut conqueritur S. Pontifex in c. incestuosi: 22. in princ. Caus. 23. q. 5. & cum eo Jul. Clar. Lib. 5. sent. §. Homicidium n. 1. A* Jctis, nec non alijs nomine græco vocatur *ἀνθρώποκτονία* vel *ἀνδροκτονία*

2. Definitur ab Herm. Vult. *1. Jurisp. Rom. 48. n. 4.* cœdes hominis contra jus facta. At minus rectè.

3. Agit namq; *in d. c. 48.* de omni homicidio, per quod anima à corpore separatur, homoq; è rerum naturâ tollitur: nec tamen quævis hominis cœdes fit contra jus; sed quibusdam in casibus *in l. minime. 35. ff. de relig. & sumpt: fun. l. patri datur. 20. l. seq. ff. ad L. Jul. de adult. l. itaq; 4. §. 1. l. scientiam. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Exod. 23. v. 2. & seq. l. furem nocturnum. 9. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 2. l. 3. l. seq. C. eod. l. 1. C. unde vi. c. miles. 13. c. 15. c. 17. c. 18. c. 19. c. 23. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. 32. & c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. & seq. Caus. 23. q. 5. & infra Tb. 86. commemoratis, legibus permittentibus committitur: idquè ipse fatetur Dn. Vult. *in d. c. 48. n. 13. 14. 15. & seq.**

4. Nobis in genere est hominis cœdes telo aliove modo perpetrata *d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 1. & seqq: l. 3. in*

pr. §. 1. l. 4. in pr. ff. ad L. Cornel. de Sicar. P. S. D: Carol.
V. Artic. 130. 131. & multis seqq: Novell. Leon. 32. in pr.
vers. Homicida enim. & Novell. Leon. 70. vers. Quapro-
pter. l. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aquil. c. si homicidium.
41. Caus. 23. q. 5. P. Greg. Tholos. 36. Syntag. jur. univers.
c. 15. n. 5. Homicida (ἀνθρώπουκτόν & vel ἀνθρώπουκτόν &) dici-
tur, quicumq; hominem vitâ privat.

5. Nec interest cuius sexus, cuiusve ætatis sit homo:
Omnes homicidij rei sunt, non solum qui masculos, se-
nes, vel adultos, sed & qui infantes. l. pen. C. ad L. Cor-
nel. de Sicar: vel foeminas (quas hominum appellatio-
ne etiam contineri, expressè testatur Causus in l. hominis.
152. ff. de V. S. l. 4. C. de Lib. prat. l. 2. ff. de stat. homin.
Genes. 1. v. 26. & seq. Matth. 26. v. 2. Marc. 2. v. 10.) exani-
mant l. 1. in pr. & §. 2. l. 11. §. 1. & seq. ff. ad L. Cornel. de Si-
car. l. fin. C. eod. l. si quis aliquid. 38. §. qui abortionis 5. ff.
de Poen. l. 17. C. eod. H. Bocer. Claß. 3. Disp. 14. Th. 5. Diss:
Wesenb. in w. ff. de Sicar: num. 5. Cujac. 6. Obs. 21. qui
putant infantes, ac foeminas propriè homines nō esse, per. d.
§. qui abortionis 5. & text. (quem tamen apud neminem
allegatum vidimus) in c. si aliquis 5. X. de Homic. volunt
vel cas. Item Plato, qui, referente Job: Bodin. lib. 6. de Re-
publ. c. 6. p. (mibi) 1219. in fin. mulieres in bestiarum & ho-
minum medio collocavit.

6. Partus jam concepti abortum procurantibus, &
sic foetum in utero adhuc materno delitescentem inter-
ficiantibus, quænam poena sit infligenda? anxie sæpius
quæsitum meminimus

7. Matthæus Wesenb. in w. ff. ad L. Cornel. de Sicar.
num. 7. & ad tit. de Extraord. crimin. Gomes. 3. V. R. 37.
num. 32. Tyb: Decian. in pract. crimin. lib. 2. cap. 6. num.
9. & lib. 9. cap. 8. num. 13. & seqq: Covarruv. 2. V. R. 20.
n. 9. &

n. 9. & in Clem. furiosus. p. 2. t. 9. §. 3. n. 1. P. Greg. Tholos.
36. Syntag. jur. univ. c. 15. n. 17. Schneid. in §. 1. Inst. de Ex-
hered. lib. n. 6. Scbeplitz. in addit: ad prompt. jur. Baltb.
Clamm. tit. 45. §. 9. num. 4. Treutl. 2. Disput. 32. Thes. 5.
lit. g. Harpr. in d. §. 5. Instit. b. t. num. 9. 10. & seqq: &
Dd. comm: distinguunt inter partum vivificatum, sive
animatum, & inanimatū: Hūc abigentes extraordina-
riā: illum ordinariā poenā puniendum esse putant per
d. l. si quis. 34. §. qui abortionis. 5. l. Cicero. 39. ff. de Poen.

8. Quæ distinctio si juris Canonici textus in c. ali-
quando 7. c. quos verò 8. c. seq. Caus. 32. q. 2. c. consulisti.
20. Caus. 2. q. 5. constitutionem criminalem Caroli V.
Art. 131. & 133. & generalem omnium ferè locorum con-
suetudinem inspiciam⁹, verissimam esse non diffitemur.

9. At si ex jure Justiniano hujus quæstionis petatur
decisio, amplectimur sententiam Menoch. de Arb.
jud. Cas. 357. & 1. Consil. 20. num. 27. Ant. Thes. Decis. 12.
Pb. Matth. in l. si quis pregnantem. 187. ff. de R. J. num.
30. & seqq: Andr. Fachin. 1. Consil. 95. num. 2. & 9. Contr.
100. Phil. Hen. ad d. l. 187. Disp. 12. q. 2. videl, indistinctè,
sive partus sit vivificatus, sive non, poenæ arbitrariæ esse
locum. per l. 4. ff. de Extraord. crim. l. 8. ff. ad L. Corn.
de Sicar. l. 4. l. 38. §. 5. & d. l. 39. ff. de Poen. l. in Falcidia. 9.
in fin. ff. ad L. Falcid. l. cum inter. 14. C. de Fideic. libert. l.
2. ff. de Mort. infer.

10. Plato lib. 8. de Legib. & Aristoteles lib. 7. Polit.
16. referente Lamb. Dan. 2. Eth. 13. p. 188. & Bodin. lib.
5. de Republ. cap. 2. p. 822. in fin. existimant licere ali-
quando partum in utero ante 45. diem (quo forma-
tionem sive animationem fieri quidam contendunt,
vid. Dyon. Gothofr. in d. l. Cicero 39. Dambaud. in prax.
rer. Crimin. cap. 24. num. 15. Tholos. d. cap. 15. num 18.)

impunè occidere, abortumq; procurare, ne plures justo in civitate nascerentur.

11. Quam sententiam nos tanquam Ethnicam, omni juri contrariam, & manifestissimè falsam reijcimus, per text. in Tb. 7. 8. & seq. allegatos, cum maximè necessari-um sit repletam esse civitatem liberis l. 1. §. & si servus 13: ibi: publicè enim interest partus non subijci. ff. de ventr. inspic. per quos nobis ἀθανασία ἐπιελχόντων, immortalitatem artificiosè conciliamus. l. liberorum. 220. in fin. ff. de V. S. Novell. 22. in pr. quorumq; ministerio senec-utis molestias levare videmus, dicente Leone in No-vell. 26. in pr. Genes. 1. v. 28. & c. 18. v. 12. Novell. Leon. III. in pr. & Justin. in Novell. 140. in p̄s̄at.

12. Ἄμορφον tamen, sive ἐτερόμορφον, monstruosum at-que prodigiosum partum formâ humanâ destitutum, & contra formam humani generis converso more pro-creatum (quem ex abominabili, ac impijssimâ com-mixtione oriri: ex signis autem corporisq; forma a-gnosci scribunt. Petr. Gregor. Tholos. d. lib. 36. Syntag. c. 14. n. 1. & Jacob. Menoch. de Arbitr. Judic: Cas. 491. n. 28. & seqq: Georg. Pictor. lib. 1. Philolog. c. 7.) hominis vox in definitione proposita minimè comprehendit: quia ho-mo dici nequit l. non sunt liberi. 14. ff. de stat. homin. l. o-stentum. 38. l. quæret aliquis. 135. ff. de V. S. l. pen. C. de Postb. hered. instit. vel exher.

13. Et ideò si quis illum occidat, homicida non est: nec lege Cornelia de Sicarijs tenetur arg. d. §. 1. d. l. 1. in pr. junctis textib. in Tb. Præced. relatis. Petr. à Plac. in Epit. delict. lib. 1. c. 9. n. 11. Imol. & Aret. in l. quod dicitur ff. de stat. homin. Rebus. in d. l. ostentum. 38. Col. 6. vers. Tertio sequitur utilitas. Dauth. in Tract. de Testam. n. 307. p. (mibi) 253. circ. fin. Menoch. d. Cas. 491. num. 27. idq;

idq; constituisse Constantinum & Mauritium Imperatores, Romulum & Lycurgum testantur *Euseb. Pamph. lib. 4. de vita Constant. Niceph. lib. 6. hist. 38. Dion. Halicarnass. lib. 1. Antiq. Rom. Plutarch. in vita Lycurg. P. Greg. Tholos. 7. Syntag. 2. num. 11. vid. Matth. VVeinr. in tract. de Monstr. c. 41. Gomes. 3. V. R. 3. n. 32. Lamb. Dan. 2. Ethic. 13.*

14. De Nannis, itemq; hermaphroditis utrum idem sentiendum sit? non caret dubitatione. Hi certè ab initio pro monstris habiti sunt & occisi, teste *Job. Dauth. d. n. 307. vers. Et hinc patet. & n. 10. in fin.* Et ob id Spu: Posthumio Albino, Q. Martio Philip. Cofs. cum ex Umbriâ nunciatum esset, ἀνδρόγυνον inventum duodecim ferè annos natum, Romani Pontifices istum tanquam prodigium abominantes agro Romano jusserunt arceri, atq; primo quoq; die occidi, referente *Liv. lib. 9. Dec. 4. Jul. Obseq. in Lib. de Prodig.*

15. Nos verò statuimus, eos qui nanum, vel hermaphroditum interficiunt, interficere hominem, ac homicidium committere. *l. queritur. 10. ff. de stat. hom. l. repetundarum. 15. §. 1. ff. de Testib. leg. 6. ff. de Lib. & postb. junct. d. §. 5. & d. l. 1. in pr. Vid. Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. hered. n. 7. cum seqq: Ruin. Consil. 17. num. 5. lib. 3.*

16. Dividi homicidium à Jctis variè solet. *Matth. Wesenb. (quem καὶ ἐζόχην Germanorum Jctum appellat Cujac. in Orat: de stud. jur. rectè instit: prefixâ comm: Instit.) in w. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 5.* homicidium dividit in voluntarium: aut casuale. Illud rursus in planè voluntarium, & coactum.

17. Aliam distinctionem affert *Jul. Clar. de lib. 5. sent. §. homicidium. n. 1. quam sequi videtur Scheplitz in Apostill.*

Apostill. ad prompt. jur. Clammeri. Tit. 45. §. 3. n. 4. Aliam P. Greg. Tholos. d. lib. 36. Syntag. jur. univ. 15. n. 7. Aliam Job. Harprech. in d. §. 5. n. 33. & seqq. quam amplectitur Lud. Gilhaus. Arb. Judic. crimin. c. 2. tit. 12. n. 2. & seqq. Aliam Canonista in Rubr. & c. 1. Extr. de Homicid. Aliam Jacob. Airer. 1. Proceß. c. 7. Obs. 8. n. 2. Aliam H. Bocer. Claß. 3. Disß. 14. Thes. 1. & 7. Alij rursus alias: ut tot ferè inveniamus, quot sunt capita.

18. Nos, nullius addicti jurare in verba magistri, hujusmodi proponimus: Homicidium Verum est, vel Quasi. Verum, cum quis è medio & rerum naturâ revera tollitur. Idq; aut est ἐκείσιον, vel ἀκείσιον;

19. Ἐκείσιον sive voluntarium homicidium appellamus, quod spontè, & prompto animo admittitur. Wen einer guth: vnd freiwillig / ohngezwungen / ohnabgelanget auß vnd mit freien willen einen todtschlag begehet: aliàs spontaneum vocatur. Rubr. & c. 1. ibiq; CC. Ext. de Homicid. volunt. l. qui cædem. 16. ff. ad L. Cornel. de Sicar: Disß: Gilhaus. d. loco n. 5. H. Vult. d. c. 48. num. 12. & seqq. Harprech. in d. §. 5. n. 34. & Interpp: quotquot legim9 ac vidimus omnes.

20. Hoc rurs9 est δολερόν, vel ἄδολον argum. d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 1. §. 3. §. 4. §. 5. d. l. qui cædem. 16. Δολερόν & dolum homicidium est, quod dolo malo & occidendi animo committitur. d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 1. & §§. seqq. l. in lege Corn. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. is qui cum telo. 7. & l. seq. C. eod. l. 3. C. de Episc. aud. Dicitur potest homicidium criminofum, sive fraudulentum, Eine bößhafftige freuentliche / oder muthwillige / bößhafftiger weiß beschehene entleibung. Vid. Andr. Gail. 2. Pract. Obs. 110. num. 1. Henr. Bocer. d. Disß. 14. Th. 1. lit. b. & Th. 2.

21. Dolofum subdistinguiamus in προαιρετόν καὶ ἀπροαιρετόν.

*αίετον. arg. d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 1. §. 2. §. 3. ff. ad L. Corn.
de Sicar. l. 4. vers. liceat cuilibet. l. is qui 7. l. 8. & seq. C.
eod. l. 1. & seq. ff. de Recept. l. propter insidias. 14. C. de his
qui accus. non poss. Rubr. l. 1. & l. seq. C. de his qui latron.
vel al. crim. reos. occult. Novell. Leon. 70.*

22. *Προαίετον*, est homicidium deliberatū, Ein furs-
gesazer/furselicher/az fursaz/mit bedacht/furgesazē willen/
vnd muth beschehener todtschlag/ quod nō solū animo do-
loso, sed & deliberato, ἐκ προαίεσεως, cōsulto, deditā ope-
rā, certoq; animi proposito committitur P. H. D. Ca-
rol. V. Artic. 131. 137. & 148. d. l. 1. in pr. §. 1. l. qui caedem
16. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. fin. C. eod. d. Novell. Leon.
70. in fin. c. 1. vers. cum igitur. de Homicid. in 6. c. 1. §. 1. de
Pac. tenend. int. subd. 2. Feud. 53. c. sicut. 39. in fin. Caus.
23. q. 5. Vel quando ab initio atq; ex intervallo præcedit
tractatus occidendi, & præmeditatio Aegid. Boss. de Ho-
mucid. n. 54. 58. 61. 65. 37. Surd. Consil. 40. n. 28. & seq. J.
Clar. in d. §. homicidium. n. 8. Hoc sec. Jul. Clar. in d. §.
Homicidium. n. 8. quem sequitur Joach. Schepl. in Addit. ad
Prompt. jur. Clamm. Tit. 45. §. 3. num. 4. quatuor modis
perpetratur.

23. Aut ex proposito, absq; alia qualitate: aut ex
insidijs: aut proditoriè: aut deniq; per assassinium.
Delicta ita commissa majora sunt, & atrociora. d. c. 1.
de Homicid. in 6. cum simil. in Thes. preced. relatis. Chil.
Konig in sua pract. Rubr. von allerley straffen. cap. von Pö-
en der Strassenreuber. Abrah. Sawr im Straffbuch: Tit:
Straff derer so mit giffte heimlich thödten. p. (mibi) 102. &
seqq: H. Bocer. d. Class. 3. Disp. 14. Thes. 19. & seqq: Ideò
etiam majoribus luuntur, & atrocioribus cruciatibus
sec. tex. in cap. quid ergo. 6. Caus. 23. q. 5. cap. un. in fin. de
Schismat. in 6. cap. quia sanctitas. in fin. princ: Dist: 50.

B

Angel.

Angel. l. in ult. §. interdum. de Custod. reor. & in l. fin. C. de Delat. lib. 10. Tyb. Decian. in pract. crimin. lib. 7. c. 30. n. 5. Lud. Gilhaus. d. Arb. judic. Crimin. c. 2. Tit. 5. & Tit. 13. De his homicidijs deliberatis in alia disputatione agemus plenius.

24. Nū animus deliberatus præsumatur? elegans, sed admodum dubia nostris est concertatio.

25. Baldus in l. quicumq³. C. de serv. fugit. Anch. Aret. Felin. & alij quos sequitur A. Fach. 3. Consil. 28. n. 3. cum seqq. & Job. Pet. Surd. Consil. 33 n. 1. & seq. putant homicidium in rixa potius, quam animo deliberato præsumi commissum; Quia i. animus deliberatus est quid facti l. §. 1. ff. de A. R. D. Bart. in l. 1. §. item acquirimus. in fin. ff. de Acquir. poss. facta autem non præsumuntur, nisi probentur. sec. Menoch. 6. de præsumpt. 15. n. 6. per l. 12. §. 2. ff. de Capt: & postl. rever. 2. In dubio præsumitur delictum levius, licet actus possit importare gravius d. l. 56. l. 155. §. 2. de R. J. l. 51. ibiq³ Goth. pr. ff. Pro soc. Alciat. de præsumpt. Reg. 3. Præsumpt. 6. Menoch. 5. Præsumpt. 2. n. 34. & Præsumpt. 3. n. 110. Cacher. Consil. 65. n. 39. & seq. Cothm. 1. Resp. 12. n. 315. & seq. Thöing. 1. Cöf. 47. n. 37. & seqq.

26. Quæ sententia nobis non displicet, si personarū differentia, aliæve circumstantiæ non suadeant contrarium, c. occidit. 14. Caus. 23. q. 8. c. semel malus. 8. ibiq³ CC. de R. J. in 6. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de Re milit. l. si cui. §. 1. de Accus. Gotbofr. ad l. 5. §. 6. de Cast. pecul. Vesëb. Consil. 36. n. 6. Gail. 2. Obs. 48. n. 33. & Obs. 109. n. 5. Cacher. Decis. 88. n. 27. Bursat. 2. Consil. 213. n. 17.

27. Multi, ut Accurs. Mars. Consil. 7. & 51. nec non alij, quos refert, ac sequitur Aegid. Boss. ind. Tit. de Homic. n. 46. scribunt in occidente ne quidem dolū, vel animū occidendi præsumi: Fortassis ideò: quoniā dolus est delictū.

l. litem.

l. litem. ff. de Dol. & ob id non præsumendus. l. dolum. ibid.
Dd. C. eod. l. quoties. 18. §. qui dolo. de Probat. d. l. meritò.
15. l. igitur. §. potest. de Lib. caus. A. Facbin. 1. Consil. 5. n. 13.
Consil. 46. n. 1. & Consil. 55. n. 34. Verum hæc ratio non
ex tripode, sed anicularum arrepta est trivio.

28. Notorium enim est homicidium esse de genere malorum, omniq; jure prohibitum. At quisquis hujusmodi rei navat operam, ipso facto in dolo esse censetur. *l. si ex plagis. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 14. ff. ad L. Falcid. VVesenb. in w. ff. Vi bon. rapt. n. 4. Gail. 1. de P. P. 7. n. 12. & seq. Surd. Consil. 250. n. 33. Multa etiam delicta, si illorum vera esset sententia, manerent impunita, contra l. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. l. 70. §. 5. de Fidejuss. Novell. 7. c. 9. P. H. D. Carol. V. Art. 103. & multis delinquendi præberetur ansa, contra c. 13. Extr. de Vit. & honest. Cler. c. pen. Extr. de Consuet. §. 1. vers. sed ne dum talia. Inst. Vi bon. rapt.*

29. Rectè igitur Ang. in d. l. 1. C. ad L. Corn. de Sic. & in l. plagij. C. Ad L. Flav. de Plag. & l. si nõ convicij. 5. C. de Injur. Guid. Pap. Decis. 423. Col. ult. Bonif. Par. de Put. Carer. & alij relati à Surd. d. Cons. 33. n. 4. & seq. Menoch. 1. Pras. 97. n. 8. cum seq. & lib. 5. Pras. 3. n. 45. cum seqq: concludunt dolum, atq; occidendi animum regulariter præsumi per text. in d. l. 1. C. de Sicar: P. H. D. Carol. V. d. Art. 137. in pr. Artic. 141. & 143. d. l. si non convicij. 5. Diss: Dd. supr. Tb. 27. alleg. Aliter Lud. Gilhaus. d. Arb. Judic. Crim. c. 6. part. 1. de Probat: §. 32. num. 33. & seq.

30. *Ἀνεοαιγετον*, sive non deliberatum homicidiū nobis est, quod quidem dolo malo, atq; animo occidendi hominis: non tamen animo deliberato, de industriâ, consultò, & ex certo proposito, (ut à latronibus, assassinis, & similibus diaboli membris, ita à Pontific. in cap. 2. Extr. de Homicid. volunt. dictis, fit) committitur.

31. An homicidium ab ebrio perpetratum sit ἀπρο-
αίετον atq; ita ordinariâ L. Corneliæ de Sicarijs poenâ pu-
niendum? ζήτημα est frequentissimè, proh dolor, in judi-
cijs, atq; Cancellarijs, imprimis Germaniæ, (cujus πολυ-
ποσία aliarum ferè omnium nationum ore foedissimè
traducitur, *testante ipso Carolo V. Imp. In der reformation
guther Polickey zu Augspurg: Anno 1530. auffgericht. Tit.
vom zutrinccken. in fin. & in Reform. guther Polickey Anno
1548. zu Augspurg auffgericht Tit. vom zutrinccken / in pr.
vers. zudem das etwan durch trunckenheit*) occurrens &
ab Interpp: variè agitatum.

32. Andreas Geil quondam assessor in Camera Im-
periali celeberrimus, & vir, *teste Dn. Ern. Cotb. Respons.
22. n. 21. insigniter doctus lib. 2. Pract. Obs. 110. num. 27.*
distinguit inter ebrietatem, Die Trunckenheit / & ebrio-
sitate Vertrunckenheit / oder gewonheit voll zusauffen.
Homicidium per ebrietatem, sive ab eo, qui non de in-
dustria, sed vi vini ignoratâ deceptus inebriatur com-
missum, ordinariâ poenâ non puniri existimat *d. loc. n.
24. & 28. Bibones verò ac ebriosos, farciendo abdomini,
exsaturandæq; ingluviei sese totos demancipantes, &
quibus ranarum vita est optabilis, si quem interfecerint
ordinariè esse puniendos. Hanc distinctionem ample-
ctuntur Lud. Gilhaus. Arb. Judic. Crim. c. 2. Tit. 12. num.
53. Treutl. (sibi contrarius) 1. Disp. 6. Tb. 5. lit. a. Vers. si-
cut & ob delicta. Dom. Arum. Exerc. Just: 12. Tb. 8. lit.
6. Phil. Hænon. Disput. Inst: 24. Tb. 4. lit. a. Altbu. 1. J.
R. 54. vers. In ebrio licet.*

33. Nonnulli scribere nō erubescūt indistinctè neq;
ebrios, neq; ebriosos ordinariæ poenæ subjacere: qui
culpam transferunt in vinum, breihanā, vel cerevisiam
mutam. *per. c. luxuriosa. 3. c. venter. 5. Dist. 35. c. sanè. 7.
c. 9. caus.*

c. 9. caus. 15. q. 1. l. omne delictum, 6. §. per vinum. ff. de re milit. l. 1. C. si quis Imper. maled. P. H. D. Carol. V. Art. 79. in fin. Vid. Quintil. lib. 7. Orat. Instit. c. 1. & 5. And. Tiraquell. in tract. de Poen. temp. aut remitt. caus. 6. n. 1. & seqq: Sed hi nobis cum Smindyride Sybarita luxu atq; foelicitate diffluente illibenter videre videntur solem occidentem, illibentius orientem, & animus eorum plus est in patinis, ac calicibus, quam paginis, & codicibus. Vinum breihana, ac cerevisia si loqui possent, se etiam facile defenderent.

34. Non defuerunt, qui contra cum Pittaco illo Mitilense existimârunt ebrios delinquentes duplici afficiendos esse poenâ: ea ratione ducti: quoniam principium in ipsis est, cum ebrietatem, quæ homicidij & aliorum vitiorum omnium fomes est ac nutrix, dicentibus Maximil. & Carol. V. Imp: dd. loc. & Pontif. in c. ult. Dist. 35. & in c. sanè. 7. Caus. 15. q. 1. Genes. 19. v. 32. & seqq: declinare possint. Aqua sententia non videtur alienus Treutl. 2. Disp. 32. Th. 6. lit. e. arg. l. quod quis ex culpa, 203. ff. de R. J. l. 15. ff. si quis omis. caus. vid. Tholos. 33. Syntag. 12. num. 13. Itaq; in Caroli V. provincijs hæreditarijs ex ejusdem constitutione fuisse observatum refert VVesensb. d. loc. n. 24. & post illum Domin. Arum. Exer. Justin. 12. Th. 8. lit. b. Borch. de Pact. c. 3. v. 17.

35. Communiter distinguunt inter ebrietatem magnam, quæ mentem aufert: & parvam: Propter illam mitigari homicidij poenam: propter parvam non item. Hanc distinctionem approbant. Matth. VVesensb in π. ff. Ad. L. Cornel de Sicar: n. 24. ubi refet ita servari. Jacob. Menoch. de Arbr. Judic. cas. 326. per tot. & n. 7. Andr. Tiraq. de Poen. temp. caus. 6. num. pen. & ult. Improbatur Bronch. cent. 4. evanhoφ. Aß. 86.

36. Apud Turcas, hæc quæstio est rarissima: quia, teste Job. Aventin. in Lib. 1. Von dem Mahometischem gesatz. part. 1. c. 8. & c. 21. & part. 3. c. 2. sunt ὑδροποταί, καὶ ὀλιγόποταί, præter aquam nihil ferè bibunt: atq; sciunt nullum (ut olim scripsit D. Basilius) ex aquæ potu crapulam sensisse, nullius unquam caput doluisse aqua gravatum, nullū aquæ potorem alienis pedibus indignuisse, nullius pedes ligatos fuisse, nullius redditas esse inutilis manus aquâ irrigatas.

37. Si qui sint οινόποταί qui vinum bibant, eoq; sese ingurgitent, templum (Turcis Meschit appellatur) petere non audent, triginta duabus vicibus castigantur, & tanquam infames ad nullas dignitates admittuntur, nec testimonium alijs perhibere possunt.

38. Sacratissimi Imp: Maximilianus Im Abscheide des Reichstags zu Augspurg Anno 1500. auffgericht. Tit. von dem zutrincen. Item im Abschiedt des Reichstags zu Cöllen Anno 1512. auffgericht. Tit. von den Gottes lesterern & Carolus V. in den Reformation guter Polickey zu Augspurg Anno 1530. & 1548. auffgericht. Tit. vom zutrincen. ex causis pijs, atq; urgentissimis ebrietatem etiam sub poenis severissimis prohibuerunt. Quæ constitutiones longè celeberrimæ pessimo exemplo, & ut scribit A. Gail. d. Obs. 110. n. 24. in fin. quadam turpitudinis infamiâ usu, proh dolor, contrario quasi sublatae sunt, & abrogatae.

39. Si florent, vigerent, si in inclytâ Germaniâ nostrâ servarentur, si comminationes divinæ toties Osee 5. v. 11. 12. 22. 2. Reg. 16. v. 9. Proverb. 20. & c. 23. v. 20. & c. 31. v. 4. & seq. Ephes. 5. v. 18. c. luxuriosa. 30. c. venter. 5. & seqq: Dist. 35. & passim alibi reiteratae perpenderentur, homines certè profectò mutuò sese tam frequenter nō devora-

devorarent, neq; hæc quaestio in Germaniæ curijs tam quotidiana esset: Ut tamen evitetur ebrietas propter peccatum in nobis inhabitans *Rom. 7. v. 18. Psalm. 51. v. 6.* semper fieri non potest: aliquando etiam quid dandum amicis, nec, qui homines sumus, conversationem in totum abijcere possumus, & negligere.

40. Ideoq; si ebrij sanguine civili manus contaminarint, *ut loquitur Leo Imper. in Novell. 67. in fin. de Poenâ* haud immeritò quaeritur: Nos, licet distinctione Andree Gail (de qua supr. Th. 30.) non repudiemus, propter differentias novissimè à Philosopho præstantis, *Clem. Timpl. in Syst. Phil. Pract. Part. 1. lib. 2. c. 4. q. 9.* allatas, vix tamen eandem ad hujus quaestionis decisionem sufficere putamus. Ideoq; ita distinguimus:

41. Homicidium aut est commissum ab ebrio: aut ab ebrioso. Si ab ebrio: Hic (quod iudicis arbitrio consideratis circumstantijs definiendum relinquimus *cum Ant. Hering. in tract. de Fideiuss. c. 7. n. 133. Conf. Cravet. Conf. 159. in fin. Rip. in l. ult. C. de Revoc. don. n. 89. Masc. de Probat. vol. 2. Concl. 578. per tot.*) aut paululum duntaxat fuit ebrius, mansitq; & mentis, & corporis compos. Aut ob nimiam potus validi citra *περὸ ἀίεσιν* assumptionem neq; mens neq; pes suum potuit facere officium, sed mentis ad omnia coecitate fuit raptus (*ÿst vberweint / so voll vnd truncken gewesen / daß er nicht stehen / viell weiniger gehen mügen / Auch seiner vernunfft so groß entsetzt / daß er nicht gewußt waß er gethan*) a nosq; soles sibi videre visus est, *ut dicebat Thebanus ille ebrius senex juxt. text. Ose. 4. v. 11. Prou. 20. v. 1. & c. 23. n. 21. 31. cum seqq. & c. 31. v. 4. & seq. 2. Reg. 16. v. 9. c. luxuriosa. 3. c. venter. 5. cum seqq. Dist. 35. P. H. D. Carol. V. Art. 79. in fin. d. Ref. guther Policeny zu Augspurg d. Corol. V. Annis 1530. & 1548. auffgericht. Tit. vom zu trincken.*

42. Prio-



42. Priori casu, rectè scribunt Bald, (licet obscurius) in l. Unde vi. Angel. quem refert A. Tiraquell, de Poen. temp. Caus. 6. n. 11. & seq. Prosp. Farin. lib. 1. Pract. crim. q. 91. n. 18. homicidium tanquam *δολοφόν*, ultimi supplicij poena esse afficiendum. arg. d. §. 5. Inst: h. t. d. l. 1. in princ. §. 1. §. 3. & d. l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. P. H. D. Carol. V. d. Artic. 137. Novell. 30. c. ult. in fin. Novell. Leon. 32. in pr. & d. Novell. Leon. 70. circa fin.

43. Posteriori casu ebrijs poena arbitrio judicis minuenda est, sec. Bald. Ang. & alios in Tb. preced. allegatos. Lud. Gilhaus. Arb. judic. Crimin. c. 5. Ramusc. 3. de Except. num. 123. P. Greg. Thol. d. Lib. 39. Syntag. c. 8. n. 4. Rip. & alij relati à Menoch, de Arbr. jud. Cas. 326. n. 7. propter tex. supr. in Tb. 33. & 41. relatos: quia furiosis, infantibus, absentibus, pueris in text. supr. in d. Thes. 41. alleg. & à Plat. 1. de legib. Jos. Mascard. vol. 2. Concl. 579. n. 3. Airer. 1. Process. 12. obs. 1. n. 13. & seq. æquiparantur, & impetuosè, non studiosè delinquere dicuntur sec. Bald. in c. à crapula. per. ill. text. de vit. & honest. Cleric. Menoch. d. cas. 326. num. 2. Tiraq. d. Caus. 6. n. 1. Myns. de cad. 6. Resp. 60. num. 18. Quam sententiam die 11. Septemb. anni proximè præterlapsi J. C. Ti. inclyti Schabinatus Magdeburgensis in causa fratricidij hinc perpetrati approbarunt his verbis: Weill gefangner domals mit einem obrigen trunck / sonst seiner gewonheit zuwieder beladen gewesen: sich voriger Zeit in diensten wollverhalten etc. (ad fuerunt enim propter has adhuc duæ circumstantiæ, sed levioris, aut potius nullius momenti) so ist derselb mit ordentlicher straff der Todtschlager etc. nicht zubelegen: Jedoch der gericht auff neun Jahr zuverweisen von Rechts wegen: Eamq; nos in facultate Juridicâ consulti die 18. ejusdem Mensis confirmavimus.

44. Ebrio-

44. Ebriosos vocamus, qui habitum in evacuandis scyphis sibi crebris actibus acquisiverunt, & non immerito spongijs, amphoris, ac arenis Africae aridissimis, quae semper sitiunt, comparantur à *Lud. Viv. & Ant. Hering. in d. tract. de Fidejuss. c. 7. n. 120.* Horum nonnulli sunt ἀπρὸς μόνους, qui licet non bibant ad rijthmum, certamve mensuram, sed plenis poculis merum in se ingurgitent: tamen omnia quae agunt, ac loquuntur probè cognita, & explorata habent: qualem fuisse Cambysen, ipse Prexaspi truculenter filij interfectione demonstravit, ut refert *Philip. Melanch. in Chron. lib. 2. p. (mibi) 80.* Nonnullos potio vini aliquantulum largior omni intellectu, ac mente privat.

45. Illis ordinariam: propter d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 2. §. seq. l. 7. l. 15. in princ. & §. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 7. C. eod. l. 3. C. de Episc. aud. Novell. 30. c. ult. in fin. c. resecanda. 16. Caus. 24. q. 3. P. H. D. Car. V. Art. 137. l. 70. §. 1. ff. de Fidejuss. His extraordinariam poenam irrogandam esse per text. supr. in thesib. 33. & 41. allegatos. d. l. 1. l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar: cum similib. putamus: nisi sciant se solitos in ebrietate delinquere, nec tamen abstineant. *Ang. in Tract. de Malef. verb. scienter, & dolosè. n. 17. Gilhaus. d. c. 5. Ramusc. 3. de Except. n. 124.* & nisi se ἐν πρῶτῳ αἰσέσεως, & dolo malo inebriaverint, ac putaverint propter istiusmodi ebrietatem pravâ animi proæresi contractam, ordinariam L. Cornel. de Sicar: poenam evitari posse. c. ex insinuatione. 50. de Apell: l. si legatarius. 25. C. de Legat. l. 6. §. fin. ff. de Jur. dot. A. Tiraq. d. Caus. 6. n. 10. Menoch. d. Cas. 326. n. 8. & seq. Bonif. de Vitall. in Tit: de Insult. & Percuss: n. 48. vers. item in ebrioso. Gilhaus. d. Ramusc. 3. n. 125.

46. An homicidium ab irato commissum tanquam

C

δολερὸν

δολερὸν, an verò ut ἄδολον, sive (ut nostri loquuntur) culpòsū sit puniendum, non πάρεργον sed πρῆργον erit inquirere.

47. Diversas opiniones legimus apud Iob. Pet. Surd. consil. 40. n. 23. And. Tiraquell. in d. tract. de Pœn. temper. Caus. 1. ferè per tot. Prosp. Farinac. lib. 3. de Pœn. temp. c. 91. per. tot. & num. 40. Gilhaus, in d. Ramusc. 3. n. 97. 98. & mult. seqq: Tholos. d. lib. 36. c. 15. n. 15. in fin. Cagnol. & alij in l. quicquid. 48. ff. de R. J. & in l. 2. C. de Abolit: J. Clar. lib. 5. sent: §. injuria. n. 16. & §. fin q. 60. Treutl. d. Diss. 32. Th. 6. lit. c. Gail. d. Obs. 110. n. 35. 36. & seq. Ant. Theß. Decis. 178. per tot. Menoch. de Arb. jud. Cas. 361. num. 8. 9. & seqq: & lib. 1. Presumpt: q. 14. n. 36.

48. Qui iram regulariter ab ordinariâ pœna nō excusare statuūt, veriore nobis videntur tueri sententiâ, propt. text. express. in der P. H. D. Carol. V. Artic. 137. vers. Aber nach gewonheit. l. si non convicij. 5. C. de Injur. l. aut facta. §. causa. ff. de Poen. l. 7. §. fin. ff. ad L. Iul. Repetund. c. studeat. 39. Dist. 50. Si tamen coedes sit facta fervescente adhuc irâ, eaq; iusto (quod tanquam difficilimum teste Arist. 4. Et hic. c. 5. religioni judicantis relinquendum esse rectè scribit A. Theß. d. Decis. 178. n. 5.) dolore excussa fuerit, pœnâ L. Corneliae temperandâ esse cū Phil. Matth. in d. l. quicquid calore. 48. n. 56. & seqq: Treutl. d. theß. 6. lit. c. asseveram. arg. d. l. quicquid. 48. d. l. 2. ibi: seu calorem. C. de Abol: l. Patri. 20. l. 21. l. 23. l. seq. ff. ad L. Iul. de Adult: l. Gracch. 4. C. eod. c. illa. 61. circa. 68. Caus. 11. q. 3. cum sit difficilimū justum temperare dolorē, respondente Papin. in l. si adulteriū. 38. §. antepen. ff. ad L. Iul. de Adult. & rescribente Alexandro Imper: in d. l. Gracch. 4. in fin. irati etiâ furiosis nō sint absimiles, ut testantur Salust. Philem. Cic. 1. offic. Horat. 1. Epist. ad Lol. Plutar. in lib. de Cohib. irâ. Bald. in c. 1. §. si qui verò. in fin. de Pac. jur. firm. Menoch. d. q. 14. n. 21. & seq. Diss: varij variè.

49. Homi-

49. Homicidium ἀδολον nobis est coedes hominis spontè quidē, attamen absq; dolo malo perpetrata. Hoc cōmittitur à milite: Si enim obediens potestati, sub quā legitimè est constitutus hostem interficiat, nulla lege est homicidij reus. *text. in c. si homicidium. 41. in princ. Caus. 23. q. d. 5. Gracchus. 4. C. Ad L. Jul. de. Adult. l. nullus. 55. l. 151. l. 155. §. 1. ff. de R. J. l. quemadmodum. C. de Agric. & Censit. lib. 11. vid. Arist. 3. Et hic. c. 1. imò nisi fecerit, reus est imperij deserti, atq; contempti ut ait Pontifex in c. miles. 13. d. Caus. 23. q. 5. c. noli. 3. c. 4. cum seq. d. Caus. 23. q. 1.*

50. Similiter illi, qui facinorosos jussu Magistratus, vel Romani Imperij bannitos occidunt, à poenâ L. Cornel. planè sunt immunes. *arg. d. l. 3. §. fin. ff. ad L. Corn. de Sicar: Nell. de S. Gemin. in Tract. de Bannit: part. 2. Temp. 2. n. 7. & seqq: J. Clar. in d. §. homicidium. n. 52. & seq. Alex. Raud. 1. de Anal. 31. n. 47. quoniam à fide ac tuitione sacri Rom: Imperij excluduntur: Ordnüg des Landtfriedens à Carolo V. zu Wormbs Anno 1521. Item zu Augspurg Anno 1548. auffgericht. Tit. Friedtbrecher/ vnd solche theter nicht zu hausen/ eorum capita fiunt sacra, & in discrimen vitæ, ac fortunarū præcipitatur. So bald einer oder mehr in die Acht declarirt, vnd erclert wordē/ ist des oder derselbē leib vñ guth allermeñiglich erleubt/ das niemandts daran freueln/ oder verhandelen kã oder mag. d. Ord. des Lãdtfriedens zu Wormbs/ vnd Augspurg Annis 1521. & 1548. à Carolo V. auffgericht. Tit: die Pöen der Friedtbrecher. Camergerichts Ordnung. part. 2. Tit. 9. §. so Jemandts. vers. so baldt auch. & Tit. 19. Cacher. Decis. 105. n. 8. & seqq: Schneid. in §. 6. Inst. de Interd. n. 9. & seq. Geil. 2. de P. P. 1. n. 20. Kirchoy. cent. 1. comm. opin. Conc. 45.*

51. Judex si homicidas, Sacrilegos, aliosve nocentes ultimo afficiat supplicio: id etiã facit ἀδολως, ac citra frau

dem : ob id in crimen effusi humani sanguinis non incidit, *d. c. homicidium. 41. in princ. l. congruit. 13. in princ. ff. de Offic. presid. l. Imperatores. 34. ibi: ipse te huic poena subdidisti. ff. de Iur. fisc. l. 39. §. pen. l. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. d. l. 70. §. 5. ff. de Fidejuss. Novell. 7. c. 5. Novell. 30. c. ult. in princ. Novell. Leon. 66. in princ. l. bona fides. 31. ff. Depos. P. H. D. Carol V. Artic. 96. 116. 121. 124. & multis seqq: junct. d. l. Grachus. 4. nec author est sceleris c. judex. 30. d. Caus. 23. q. 5. nec crudelis, quia crudeles jugulat c. non est crudelis. 28. d. q. 5. sed minister domini. c. qui malos. 24. ibid. maximè constitutus propter homicidas, latrones, raptores, & ut illos damnet, & alios suo timore cōpescat. c. 17. 18. c. 23. c. 31. c. 40. c. seq. in fin. d. Caus. 23. q. 5. l. 1. C. Ad. L. Jul. Repetund. l. 12. §. 1. l. 14. C. de poen. P. H. D. Carol. V. Artic. 103. ibi: wieder gemeinen nützen/ vnd frommen Leuten zum nachtheill, c. 13. Ext. de vit. & honest. Cler. Rom. 13. v. 15. seqq. Levit. 35. v. 30. & seqq. Exod. 20. v. 12. & 14. Deut. 29. v. 12. & seq. Gomes. 9. v. 6.*

52. Sic spiculatores, sive Carnifices (die Nach: oder Scharffrichter/ Diebhener) si poenas non pro arbitrio, sed ex præscripto sententiæ judicis, & eâ, qua fieri potest, honestate, memores hos quidem reos esse, qui morti per fractionem bacilli *sec. Constit. Crimin. Carol. V. d. Art. 96.* sunt addicti, sed tamen homines, & dignos aliquâ misericordia, exequantur, sunt homicidæ voluntarij, sed quia citra dolum, & legibus permittentibus ultima supplicia executioni demandant, *d. c. miles. 13. c. seq. c. non frustra. 18. d. c. si homicidiū. 41. Caus. 23. q. 5. c. occidit. 14. d. Caus. 23. q. 8. ab omni poena sunt immunes. P. H. D. Carol. V. d. Artic. 96. & seq. l. Div9 Hadrianus. 6. in princ. ibiq. Interpp: ff. de bon. damnat. P. Greg. Tholos. 31. Syntag. jur. univ. c. 38. n. 7. & lib. 32. c. 28. n. 1. & seqq: Conf. Arn. de Reig. in Process. Disp. 8. Th. 35.*

53. Qui

53. Qui autem illos primo ictu à nece aberrantes saxis, telisve petunt, aut alio modo interficiunt (quod sæpissimè factum esse refert cum Justin. Göblero P. Greg. Tholos. d. c. 38. n. 7. & adhuc non rarò fieri testatur experientia) tanquam homicidæ dolosi sunt decapitandi. *tex. in der P. H. D. Carol. V. d. Art. 96. & seq. junct. d. Art. 137. d. §. 5. d. l. 1. in pr. §. 1. §. 3. l. 7. ff. Ad. L. Cornel. de Sicar: l. 7. C. eod. c. quicumq; 33. Caus. 23. q. 8. Tholos. 36. Syntagm. c. 21. n. 27. & seq.*

54. Quid de Liçtoribus sit statuendum, utrum hi, si ex mandato judicis aliquem justè capiant, possint resistentem impunè interimere? difficilioris est indaginis.

55. Cum offensa ibi sit permissa, ubi defensio est prohibita. *l. si servum. 4. ibiq; Paul. de Castr. C. de his qui ad Eccles. confug. Schneid. ad Tit. Instit: de Patr. pot. n. 28. quidam ex Jctis, ut Boß. in Tit. de Capt. n. 12. Grammat. Decis. 41. & Amad. in Tract. de Syndic. n. 100. indistinctè scribunt, resistentem malefactorem ab officialibus publicis impunè occidi posse, etiamsi non fiat cum moderamine inculpatae tutelæ.*

56. Prosper Farinac. *in Tit. de Carc. & Carc. q. 32. n. 41. Damhoud. in pract. crimin. c. 15. Tit. de Citat: real. n. 28. Böer. Decis. 170. n. ult. quos sequitur And. Fachin. 9. controuv. 73. in fin. Phil. Hoen. in Disp. 3. Tit. ff. de R. J. coroll. 1. Johan. Schneid. in §. ult. Instit. de his qui sunt sui vel ali. jur. n. 8. ita distinguunt: Aut liçtores nocentem interfecerunt moderamine inculpatae tutelæ observato: Aut non.*

57. Priori casu impunè fieri homicidium. *P. H. D. Carol. V. Art. 139. vers. welche eine rechte Nothwehr. Art. 142. vers. So aber der Eleger. & Artic. 140. ibi: Der mag sein Leib vnd leben. l. 3. ff. de J. & J. l. 4. l. 5. l. 45. §. 4. ff.*

Ad L. Aquil. l. 1. C. Und. vi. c. 41. d. Caus. 23. q. 5. Exod. 20. v. 13. Genes. 14. v. 14. Job. 18. v. 36. & argt. c. 24. de R. J. in 6. l. 55. l. 137. l. 151. l. 155. & l. 167. §. 1. ff. eod. posteriori non itē, text. in c. si non licet. 9. in princ. d. c. minister. 14. d. c. homicidium. 41. Caus. 23. q. 5. c. occidit. 14. c. & text. imprimis elegans in c. quicumq. 33. ibid. q. 8. Quæ sententia, ut verior, & textib9 juris modò allatis proximior, nobis arri- det. Conf. P. Greg. Tholos. d. Lib. 36. Syntag. c. 21. n. 27. & seq.

58. Ἀκρόσιον ac involuntarium homicidium est, quod non ex dolo atq; proposito contingit, sed aut casu, aut urgente necessitate. §. 5. Instit. Ad L. Aquil. l. si putator. 13. ff. eod. l. eum qui. 5. C. ad L. Corn. de Sicar: Diss: H. Vult. d. c. 48. n. 12. & 16. Lud. Gilhaus. in d. Arbr. jud. crimin. c. 2. Tit. 12. n. 3. Harpr. in d. §. 5. n. 33. & 165. aliq; omnes. Idq; dividimus in ἀπερονόσιον h. e. Casuale: ex textib. jam allatis, & l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar: d. c. homicidium. 41. c. Cle- rico. 37. c. 38. c. eos verò 42. c. 43. c. 44. c. 46. c. 47. c. 49. c. 50. c. seq. Dist. 50. Exod. 21. vers. 13. Num. 35. v. 22. & seqq: c. 6. c. 11. Caus. 15. q. 1. P. H. D. Carol. V. Art. 146. & ἀναγ- ναϊον, h. e. coactum sive necessarium, l. 3. ff. de J. & J. l. 4. l. 5. l. 45. §. 4. ff. Ad L. Aquil. l. 1. C. Unde vi. l. 2. l. seq. C. Ad L. Cornel. de Sicar: Exod. 22. v. 2. & c. 32. v. 27. Ge- nes. 14. v. 14. Job. 18. v. 36. P. H. D. Carol. V. Artic. 139. 140. & 143. P. Greg. Tholos. d. Lib. 36. c. 20. n. 1. 2. & seqq: Diss. H. Vult. & pleriq; omnes:

59. Ἀπερονόσιον sive casuale homicidium est, quod ex improvise absq; animo hominis occidendi committi- tur. Dicit etiam haud ineptè potest homicidium Inopi- natum, vel improvisum, eine ungesehrliche entleibung / so nicht arglistig / vnd mit willē / sondern ungesehrlich / unverse- hens / oder ungesehrlicher weise auß unversichtigkeit / wieder des theters willen geschicht d. §. 5. d. l. 31. d. l. 5. Deuter. 19. v. 5. & seq.

5. & seq. d. c. homicidium. 41. cum simil. in Tb. preced. allegatis. Althus. d. c. 54. vers. Casuale homicidium. Gilhaus. d. c. 2. Tit. 17. n. 47.

60. *Ἀναγκασίον* atq; necessarium illud appellamus, quod fit metu præsentis periculi, & violentiæ, Eine ge-
trangte entleibung/so einer zu rettung seines leibs vnd lebens
thuet/ut loquitur Imper: Carol. V. in d. Artic. 139. c. 18. vers.
*Quãvis vim vi. Extr. de homicid. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi
arm. §. 2. vers. Itaq; qui latronẽ. Inst. de L. Aquil. d. l. 4. d. l. 45.
§. 4. cum simil. in fin. Tb. preced. allegatis, Utrũq; est vel
ἀναίτιον, sive ἀναμάρτητον; vel ἐπαίτιον, sive ἀμαρτηρόν, conjun-
ctum cum culpa, vel sine culpa. c. 7. c. 8. c. 9. c. 12. c. 13. c.
14. c. 15. c. 16. Extr. de Homicid. d. c. homicidium. 41. cum si-
mil. supr. in Tb. 58. allegat. VVesenb. in ω . ff. Ad L. Cornel. de
Sicar: n. 23. Job. de Plat. in d. §. 5. ibiq; Ang. Aret. & Dd vulgò.*

61. Magna est Interpp: nostrorum concertatio, ac
pugna: An casuale sit homicidiũ, si Titio volens exani-
mare Mævium inimicum suum, præter intentionem, &
ex errore exanimet Sempronium amicum?

62. Et certè negare non possumus Dd, ex neotericis
non paucos, & quidem viros longè præstantissimos Me-
noch. de Arbr. Judic: Cas. 324. n. 11. & seqq: VVesenb. in
d. §. 5. n. 2. & in Not. ad Schneid. in princ. Instit. de Injur.
Job. Pet. Surd. Consil. 40. n. 33. Philip. Matth. in l. semper.
56. ff. de R. J. n. 23. & seqq: Ant. Theß. Decis. 243. num. 3.
& seq. cum alijs latiss: relatis ab Andr. Tiraq. in d. tract. de
Poen. temp: Caus. 14. n. 4. in eam descendere sententiam,
ut manifestò affirment hujusmodi homicidium tanquã
inopinatum esse ut Jul. Clar. loquitur in d. §. homicidium
n. 6. vers. dicunt etiam. gratiabile, h. e. poenã mitiore sive
extraordinariã puniendum. arg. l. 3. §. fin. l. 4. l. 5. §.
ult. ff. de Injur. d. l. 56. l. 90. l. 155. §. 2. ff. de R. J. c. 49.
eod. in 6.

cod. in 6. l. 11. l. 13. l. pen. ff. de Poen. c. 3. Extr. de Probat: Nov. 68. in pr. Nov. 105. & Nov. 134. c. ult. quia perpetratum sit ex errore: & ob id erranti detrimento esse non debere, l. 15. ff. de Jurisd. l. 116. §. ult. ff. de R. J. l. 20. ff. de Publ. & vectig. l. 8. in fin. l. 9. C. de jur. & fact. ign. nec dolum circa unum exporrigi posse ad alium, cujus respectu dolus non est commissus. l. 7. §. si quid adversus. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. Et secundum hanc opinionem excellentiss: Senatum Pedemontanum in casu quodam arduo judicasse refert A. Theß. d. Decis. 243. n. 4. in fin.

63. E contrario hoc factum, non ut casuale, atq; involuntarium, sed ut voluntarium, atq; fraudulentum homicidium ordinariam mereri poenā volunt Interpp: autoritate non inferiores. *Aegid. Boss. in Tract. crimin. Tit. de Homicid. n. 73. Bartol. Bald. Salicet. Andr. de Ifern. Did. Covarr. Boer. Molin. Thoming. & alij quos referunt, & sequuntur novissimè Gilhaus. in d. c. 2. Tit. 12. n. 48. Harpr. in d. §. 5. n. 169. 170. & seqq: Fachin. l. c. 37. Treutl. d. Disp. 32. Tb. 6. Bronch. 4. ἐναυ]. 85. Ph. Hoemon. Disp: Instit. ult. Tb. 4. a. & in Disp. 8. l. 56. Tit. de R. J. Quam sententiam tanquam evidenti æquitate subnixam, recensitis autoritatibus, multisq; argumentorum præsidijis munitam in d. §. 5. l. 38. §. qui abortionis. §. ff. de Poen. l. antep. C. Ad. L. Cornel. de Sicar: d. l. 1. §. Divus. 3. ff. eod. l. 18. §. 3. l. fin. C. Und. vi. P. S. D. Corol. V. d. Art. 137. in praxi omninò esse observandam cum Harpr. in d. §. 5. n. 169. in fin. arbitramur.*

64. Conniventibus oculis prætereuntes argumenta alia, argumentamur ita: Quicumq; 1. sanguinem humanum 2. dolo malo effuderit, ejus sanguis rursus effundi debet per homines, inquit *Jehova Genes. 9. v. 6. Levit. 35. v. 30. 21. & seq. Deut. 29. v. 11. & seqq: & Imp. Carolus*

rolus V. in d. Art. 137. At in casu præsentis Titius 1. sanguinem humanum 2. dolo malo effudit. Prius præsupponitur. Dolum autem malum adfuisse vix dubitari potest, cum quæstio sit de eo, qui *προαίρεσιν*, ac animū occidendi hominis habuit: indeq; non immeritò scribunt *Ferd. Vasq. lib. 3. Illustr. contrav. c. 96. n. ult. & Dom. Arumæ. Exerc. Justin. 20. Tb. 13.* Titium & re, & animo coedem fecisse. Ergò.

65. Quasi homicidium committitur ab illis, qui membra, quæ homini nascendi causam suppeditant, lancinant. *l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. l. 5. l. seq. l. 11. in princ. ff. Ad L. Cornel. de Sicar: Paul. 5. Sent. 22. & seq. §. qui hominem. & creaturam aliam, quam qualis conditoris sapientiæ placuerit, in mundum introducere contendunt. Novell. 142. in Prefat. Novell. Leon. 60.* quia prohibent ne homines generare, ne cives nasci possint, *contra l. 1. ff. Solut. matr. l. 220 in fin. de V. S. Novell. 22. in princ. & Nov. 140. in Pref. & ita generandi naturam jugulant. Tholos. d. lib. 36. Syntag. c. 16. n. 1. Aliter Gilhaus. in d. c. 20. Tit. 12. n. 57. qui sequitur Harpr. in d. §. 5. n. 182. & seq.* Committitur quoq; quasi homicidium in casu *d. §. 5. in princ. ibi: vel eos. d. l. 1 in pr. l. 3. §. 4. ff. Ad L. Corn. de Sicar: l. 7. C. eod.*

66. Hucusq; de homicidij definitionibus, ac distributionibus quædam protulimus: Ratio ordinis nunc exoptulat, ut de requisitis, & deniq; poenâ paucis disseramus. Quinam coedem *ἐν προαίρεσιν* committere dicantur in aliâ, DEO adjuvante, enucleabitur disputatione. Ut homicidium *δολερὸν καὶ ἀπροαίρετον* factum dicatur, & poenæ L. Cornelix de Sicarijs ordinariæ sit locus, duo requiruntur.

67. Primò, Ut homo sit interfectus. *d. §. 5. in princ. ibiq; Dd. comm. d. l. 1. in princ. §. 1. §. 2. §. 3. l. 4. in princ. ff. ad L.*

D

ff. ad L.

ff. ad L. Cornel. de Sicar: l. 7. l. seq. C. eod. P. H. D. Carol. V. Artic. 137. Apocal. 13. v. 10. Matth. 26. v. 52. Genes. 9. 5. 6. cum simil. supra Tb. 20. & seqq: relatis. Thoming. 1. Consil. 49. n. 3. Si quadrupedes quæ pecudum numero sunt, vel animalia alia occisa sint, ex primo, vel tertio L. Aquiliae capitibus actio instituenda est. princ. §. 1. & tot. tit. Instit. de L. Aquil. l. 1. l. 2. & tot. tit. ff. & C. eod. Althus. lib. 1. J. R. 55. H. Donell. 15. comm. 26. H. Vult. 1. J. R. 48. n. 25. & seqq: Oldend. class. 6. Act. 12. Schneid. in §. ex maleficijs. 18. de Action. L. Aquil. Instit: de Act. n. 1. & seqq: 68. De jure civili, & is qui hominem non occidit, sed duntaxat vulneravit, ut occidat, pro homicida est damnandus, ut D. Hadrian. rescripsit, referente Ictio Marciano in d. l. 1. §. Divus. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar: cum quo consentire videtur Const: crimin. Carol V. Art. 178. d. §. 5. in pr. l. 2. C. de Sicar: quia licet non gladio, voluntate tamen occidit, c. omnis. 25. Caus. 33. q. 3. de Pœnit. vel quantum in illo fuit interfecit. VVesenb. in w. ff. Ad L. Cornel. de Sicar: n. 16. in pr. Diss. Bald. in l. data. Col. 11. verb: Item nata quod pœnæ personales. & Col. 12. vers. dico autē. C. Qui accus. poss. Generali verò omnium locorum consuetudine huic juri communi, ut testantur Bartol. Bald. Spec. Iob. Fab. & alij relati ab A. Tiragv. in d. tract. de pœn. temp. Caus. 38. n. 1. 2. 3. & seqq: Boër. Decis. 316. n. 3. Clar. d. lib. 5. sent. §. fin. q. 92. VVesenb. d. n. 16. Heig. in d. §. 5. num. 5. Grammat. Decis. 2. n. 14. quò ad pœnam ordinariã (non autē extraordinariam, ut rectè post Bald. & Ang. annotavit Menoch. de Arb. Judic. Cas. 360 n. 44. & seq.) est derogatum.

69. Secundò requiritur DOLUS d. l. 1. in princ. l. 7. l. 14. l. 16. ff. Ad L. Cornel. de Sicar. l. 1. l. 5. C. eod. c. 1. c. 2. c. 5. c. 18. Extr. de Homic. Num. 35. v. 16. 17. 18. 22. & seqq. Deut. 19. v. 5. & seqq: A. Gail. d. Obs. 110. n. 1. VVes. 1. Conf. 19. n. 2. & animus

mus occidendi hominis *d. l. 1. in pr. & §. Divus. 3. Exod. 20. v. 13. & c. 21. v. 12. 13. & seq. Menoch. de Arbit. Judic. Cas. 324. n. 1.* Idq; esse expediti juris communi omnium Dd. consensu receptum, & non solum juri civili, sed ipsi etiam juri divino consentaneum *testantur Bursat. Con. 59. Viso processu n. 1. Regn. Sixtin. Vol. 2. Consil. Marpurg. Consil. 16. n. 24. Bald. in d. l. data opera. C. qui accus. poss. n. 7. Paris. Consil. 161. n. 8. & seq. Vol. 4.*

70. Hinc multarum in Germania, Italia, & Gallia civitatum statuta, indistinctè deponentia, homicidas esse decapitandos, sunt exponenda de solis homicidijs dolose, & dolosè commissis. *arg. dd. text. in Tb. preced. c. odia. 15. de R. J. in d. l. 56. d. l. 155. §. fin. ff. eod. c. quid ergò. 6. Caus. 23. q. 5. c. un. in fin. de Homicid. in 6. c. quia sanctitas. Dist. 50. c. fin. de Excess. Prefat. Bald. in d. l. data. Col. 4. & in l. 1. Col. 5. C. de Serv. fugit. Matth. de Afflict. Par. de Put. & alij alleg. à Job. P. Surd. Cons. 33. n. ult. VVesenb. 1. cons. 19. n. 24. & seq. ubi ait, hoc debere notari à judicib; imperitis, qui volunt stare verbis statuti simpliciter prout jacent: quibus addo Francsc. Milanens. 2. Decis. 8. n. 76. Alc. in l. magna. 226. de V. S. Curt. jun. in l. fin. ff. Quod quisq; jur. Voltz. in tract. ad L. Corn. de Sicar: c. 3. n. 6. 7. & seqq: qui refert dissentientes. quoniã in statutis *sec. communem Dd. sententiã teste Surd. Decis. 272. n. 24. Dn. Ern. Cothm. 1. Respons. 5. num. 59. & seq. Myns. Decid. 1. Respons. 10. n. 73. & seq. Menoch. 2. Consil. 187. n. 31. 35. 46. & Consil. 196. n. 1. cum seq. & de Arb. Iud. q. Cas. 63. n. 8. & quavis dispositione alia generalitas restringitur ad intellectũ juris communis. l. quæro. §. inter locatorem. ibiq; Dd. ff. Locati cum simil. text. relatis ab Everb. à Middelb. in Topic. Loc. à General. 5. n. 8. imprimis si discordantiam importet. l. 19. ff. de Legib. Myns. Decad. 2. Resp. 21. n. 52. & 57. vel inde quid sequitur ab-**

surdi. §. 7. *ibi Schneid. n. 38. Myns. n. 1. & Interpp: comm. Inst. de Act. Alex: Raudens. 1. de Anal. 22. n. 106. c. 22. n. 103. & c. 20. n. 123. 124. & seqq: Surd. Consil. 466. n. 6. & inhonesti. l. filius. 15. ff. de Condit. instit. Alex. Raud. d. c. 22. n. 41. 61. 65. 100. 118. 155. 188. 199.*

71. Hinc colligitur L. Cornelia non teneri infantes, *l. infantes. 12. ff. Ad L. Cornel. de Sicar: §. pupillus. 9. vers. Nam infans. Instit. de Inutil. stip. c. 1. & seq. Extr. de delict. puer. Clem. 11n. de Homicid. volunt. vel cas. & ubiq; Interpp: Schneid. ad pr. Inst: de Auth. tut. n. 17. Bart. Romul. in l. ut vim. 3. ff. de J. & J. n. 181. & furiosos in ipso furoris actu delinquentes. l. Divus. 14. ff. de offic. Praef. l. pen. §. ult. ff. Ad L. Pompei. de Parricid. c. aliquos. 5. Caus. 15. q. 1. l. 5. l. 40. l. 108. de R. J. c. 47. Dist. 50. cum illos innocentia consilij tueatur: l. 22. §. 3. ff. de Acquir. poss: d. l. infans. 12. §. furiosus. 9. Instit. de Inutil. stipul. l. 5. §. 2. ff. Ad L. Aquil. l. 3. §. 1. ff. de Sep. viol. l. fin. C. de Test. milit. l. 1. vers. Impuberes verò. C. de fals. monet. d. c. aliquos. 5. hos fati in foelicitas excuset, d. l. infans. 12. d. c. 5. d. §. 9. l. 2. §. furiosus. ff. de Jur. Codicill. careant etiam affectu: l. 1. §. 6. ff. Ne vis fiat ei qui in poss: l. 1. §. 3. mente: d. l. 5. §. 2. §. 1. in pr. Inst. Quib. non est permis: fac. test. sensu: l. 22. §. 7. in pr. ff. Solut. matrim. l. 8. §. 2. ff. de Opt. vel elect. leg: voluntate: d. l. 5. l. 40. de R. J. habeantur pro mortuis: l. in fin. ff. de bon. poss: furios. l. 2. §. si pecuniam. ff. de Donat: l. 14. in fin. ff. Locat. l. pen. §. 1. ff. Rat. rem hab. absentibus: l. 124. §. 1. de R. J. d. l. 2. §. 2. ff. de Jur. Codicill. l. 7. §. 11. de Injur: factum quoq; eorum habeatur pro eo, quod casu aliquo sine facto personæ accidit, d. l. 5. §. 2. c. 14. Caus. 3. q. 9. l. ult. in fin. ff. de Admin: & peric. tut. Tiraq. in d. Tr. de Poen. temp. Caus. 13. & 7. P. S. D. Carol. V. Art. 179. Diss: Duaren. in d. l. 5. circ. fin. putans, furiosos*

furiosos ipso jure esse puniendos, per l. 3. §. 7. & 11. ff. ad S C. Syllan.

72. Impuberes, & pueri grandiusculi, qui vel infantia vel pubertati sunt proximi, non sunt, ut infantes, ac furiosi ab omni poenâ immunes, *text. in d. c. 1. Extr. de Delict. puer.* sed si quem ita vulnerent, ut ex vulnere intereat, extraordinariè arbitrio judicis, *d. l. ferè. 108. ibid. Phil. Dec. n. 2. & seqq: Ph. Matth. n. 15. & seqq: & Dd. comm: l. 111. in pr. de R. J. d. l. fin. C. de Test: milit. §. pen: Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. l. 33. ff. de Furt. l. 7. C. Ad L. Jul. de adult. l. 1. §. 33. Ad Sc. Syllan.* nunquam ordinariè sunt puniendi. *Bald. in l. etsi severior. 3. vers. Ex virgis. C. ex quib. caus. infam. irrog. num. 10. Tiraq. d. Caus. 7. per tot. Schneid. in d. princ. qui n. 20. refet ita pronunciari. H. Vult. 1. J. R. 54. n. 54. Geil. d. Obs. 110. n. 32. & seq.*

73. An idem sit statuendum de puberibus, qui 14. quidem, at non 25. ætatis annum excefferunt, disputatio est valdè utilis, ac frequens, ob intricatas tamen Dd. & à se invicem, & à seipsis dissentientium opiniones difficilis?

74. Varias opiniones, & diversa præjudicia referunt *Riminald. Bursat. Grammat. & alij J Cti multiscij relati ab A. Theß. Decis. 261. n. 4. & seqq: Tiraq. d. Caus. 7. n. 1. & seqq: Jacob. Menoch. de Arbitr. Judic. Cas. 329. num. 11. & seq.* Cum non sola opera sint respicienda, *sec. text. in c. occidit. 14. Caus. 23. q. 8.* sed & tempus, causa, voluntas, ac personarum differentiâ: nos sequimur *V Ves. in π. ff. Ad L. Cornel. de Sicar: n. 26. Phil. Matth. in d. l. ferè. 108. n. 27. & Job. Harpr. in d. §. item L. Cornel. 5. n. 203.* existimantes hujusmodi puberibus aliquando, si videl. graves circumstantiæ id suaferint, poenam L. Cornel. ordinariæ esse mitigandam. *arg. d. l. ferè. 108. d. c. occidit. 14.*

c. quid ergò. 6. circ. fin. Caus. 23. q. 5. c. un. in fin. de Homicid. in 6. cap. 13. in fin. de Hæret. Novell. Leon: 66. l. auxilium. 37. §. 1. vers. In delictis autem. ff. de Minorib. l. 28. §. solent. 3. ff. de Poen. P. S. D. Carol. V. Art. 164. & 169.

75. Qui homicidiū alijs mandat, non immeritò, cum mandatore mandatum exequente dolosorum faciorū poenæ subijcitur *text. in l. nihil interest. 15. in princ. & §. 1. ff. Ad L. Cornel. de Sicar: c. 23. Caus. 33. q. 3. de Poenit. c. 1. & c. ult. de Homicid. in 6. l. 152. §. 1. l. 169. ff. de R. J. l. 1. §. 12. ff. de vi, & vi armat. l. si quis id. 7. §. fin. de Jurisd. c. mulieres. §. fin. Extr. de sent. excomm.* Utriusq; enim tam mandantis (cum qui facit per alium perinde sit, ac si faciat per se ipsum. *c. qui fecit. 72. de R. J. in 6. l. qui mandat. 56. d. Solut. Mattb. 8. v. 5. A. Fachin. 1. Consil. 5. n. 1. & 35. & ut Dd. loquuntur, paria sint aliquid per se facere, vel per alium. l. non solum. 11. §. 3. ff. de Injur. l. 5. C. de Accusat. Geil. 1. de P. P. 1. n. 35.*) quam mandatarij voluntas directò in ipsum homicidij actum tendit. *d. §. 5. Inst. b. t. d. l. 1. in princ. §. 1. §. 3. l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar: Hartm: ab Epping. Lib. 2. Obs. Tit. 26. Obs. 5. n. 1. 2. & seqq: Arum: Ex. Inst. 15. Th. 8. Gomes. 3. V. R. 3. n. 39. Diss. quidam per §. illud. 7. Inst. de Mandat. l. 6. §. rei turpis. 3. l. 22. §. 6. ff. eod.*

76. Idq; de jure civili obtinet. I. Ut maximè mādātarius mandatum non fuerit executus. *d. §. 5. in princ. d. l. 1. §. Divus Hadr. 3. d. l. 15. §. 1. ff. de Sicar: l. is qui. 7. C. eod. Diss: Bart. Bald. Ang. Salic. Decian. Grammat. & alij quos refert, & defendit Menoch. de Arbitr. Judic. Cas. 352. n. 9. & seq. 2. Vel is qui ex mandato erat occidendus, ab alio occisus sit. *dd. textib. Diss: Ruin. 5. Consil. 6. n. 11. Surd. Consil. 40. n. 10. arg. l. 74. de R. J. Cepoll. & alij relati à Menoch. d. Cas. 352. n. 11. 3. Vel mandatarius homicidiū sua**

sua voluntate absq; mandato fuisset perpetraturus. *per
dd. text. & arg. §. sed & si. 8. Instit. de Obl. qua ex delict.
nasc. l. si quis. 20. C. de Furt. l. 1. §. persuadere. de serv. cor-
rupt. Jason. in l. 1. C. de serv. fugit. n. 22. Bald. in d. l. non
ideò. C. de Accus. n. 23. H. Treutl. 1. Disp. 27. Tb. 3. g. Gomes.
in §. pœnales. Instit. de Action: n. 10. Diss: Socin. jun. Alciat.
& alij quos sequitur Menoch. d. Cas. 352. n. 31. & seq. & Surd.
d. Consil. 40. n. 14. hi omnes putant in tribus recensitis casi-
bus mandantē pœna tantū extraordinariā esse plectendum.*

77. Sempronius mandat Titio, ut duntaxat vulne-
ret, vel percutiat Mævium, & expressè prohibet, ne
eundem interficiat: Titius fines mandati excedens Mæ-
vio vulnus infligit lethale, ex quo mortem contrahit;
An hoc in casu Sempronius mandator cum Titio man-
datorio ordinariā sit afficiendus pœnā? maximè spino-
sa, & intricata est quæstio.

78. Magni nominis Jcti Menoch. d. Cas. 352. n. 2. De-
cian. in Pract. crimin. Lib. 9. c. 36. n. 11. Mozz. de Contract.
Tit. de Mandat. in subst. mand. c. 2. n. 79. Gomes. 3. V. R. 3. n.
18. J. Clar. in d. §. fin. q. 89. n. 5. & alij, quos novissimè se-
quuntur Treutl. 1. Disp. 27. Tb. 3. g. & 2. Disp. 22. Tb. 5. b. &
Voltz. in d. Tract. Ad L. Cornel. de Sicar: c. 6. n. 28. id pu-
tant per d. l. 1. §. 3. l. 15. in princ. l. 38. §. 5. ff. de Poen. d. l.
5. C. de Accus. l. 6. C. Ad L. Jul. de vi publ. c. ult. de Homic. in 6.

79. Nos ἀναμφισβήτητος assentimur Claud. de Bat-
tand. Hipp: de Marsil. Carer. Covarr. Romul. Dec. Suar. &
alijs, quos novissimè tuentur Gilhaus. in d. c. 2. Tit. 12. n. 12.
Fachin' 1. Controv. 36. Harprecht. in d. §. 5. n. 54. & seqq:
Arum. Exer. Just. 15. Tb. 9. Bronch. 2. Misc. 65. & existimam⁹
mandantem, cum dolo malo careat. c. 1. vers. sacri ap-
probatione Concilij. & d. c. fin. de Homicid. in 6. d. c. perniciosè.
23. Caus. 33. q. 3. de Pœn. neq; animū occidēdi hominis ha-
beat

beat. l. Titia. 34. §. fin. de Leg. 2. l. ille aut ille. 25. §. 1. l. 69. in fin. eod. 3. l. 34. de R. J. l. 19. de Condit. & Demonst. l. La- beo. 7. in fin. ff. de Supell. leg. poenâ ordinariâ esse exi- mendum. d. l. 1. in pr. §. Divus. 3. l. 7. l. 14. ff. de Sicar: l. 39. l. 46. §. 7. l. 50. §. 1. l. 53. l. 76. ff. de Furt. §. 7. Inst. eod. l. 37. pr. ff. de Usucap. l. 55. l. 155. §. 2. ff. de R. J. l. 5. l. 11. l. 13. l. pen. ff. de Poen. c. 12. Caus. 26. q. ult. Conf. Surd. d. Conf. 33. n. 2. Schneid. in §. 1. Instit. de Injur: n. 11. & ad §. 12. In- stit. de Act. n. 27.

80. Poena homicidij omnibus non infligitur una ac eadem: sed cum excessus eorum, & culpæ sint dissimi- les, c. un. in fin. de Schismat. in 6. Poena quoq; sit delicto commensuranda. c. quid ergò. 6. Caus. 23. q. 5. c. quid San- ctitas. 16. Dist. 50. c. 13. in fin. de Heret. c. fin. de Excess. præ. Horat. Lib. 1. Satyr. 3. Geil. 1. de P. P. 5. n. 17. & seq. alia est infligenda ijs, qui *δολερῶς*, alia qui *ἀδόλως*, alia qui *προαί- ρητῶς*: alia deniq; qui *ἀπροαιρέτως* homicidium perpetrât, ne quid durius, aut remissius, quam causa deposcit, con- stituatur, contra d. l. 5. & 9. §. 11. l. 11. de Poen. Novell. 134. c. ult. neq; delinquentes mitius, atrociusve, quam pec- cata requirunt, puniantur contra Novell. Leon. 61. 62. 66. 67. in princ. 77. & 105.

81. Qui *δολερῶς* ac dolo malo humanum sanguinem effundunt, vel habent certam delinquendi *προαίρεσιν*, ut *Supr. in Th. 21. & seqq: dictum*, vel non habent. De illo- rum poenis agendum erit alibi. Qui *ἀπροαιρέτως* peccant, & absq; præviâ animi deliberatione, dolosè tamen ho- minem occidunt: his alia olim, alia hodiè infligitur poena.

82. Olim, ut referunt Jcti Marcian. & Modest. in l. 3. §. penult. & l. penult. ff. Ad L. Cornel. de Sicar. Legis Cor- nel. de Sicarijs poena erat insulæ deportatio, & omnium bono-

bonorum ademptio, se in honore positi, eadem sponte, dolove malo admittebant: humiliores, vel bestiis subijciebantur, vel alio modo capite puniebantur.

83. Hodiè ex Jure Divino *Genes. 9. v. 6. Exod. 23. v. 12. & 14. Levit. 19. v. 15. & c. 24. v. 17. & c. 35. v. 30. 31. & seq. Num. 35. v. 22. Deut. 1. v. 17. & c. 16. v. 19. & c. 19. v. 2. & c. 29. v. 11. 12. cum seq. Matth. 26. v. 52. Proverb. 34. v. 23. Rom. 2. v. 11. Naturali. l. 3. ff. de J. & J. Rubr. & tot. tit. ff. Quod quisq; jur. in ali. stat. ut ipse eod. utat. l. 3. ibi: homicida, parricidaq; quod fecit expectet. C. de Episc. aud. Plat. 9. de Legib. Arist. 1. Rhet. 12. Justiniano. d. §. 5. in princ. Inst. b. t. l. 7. l. seq. C. de Sicar: Novell. 30. c. ult. in princ. & Carolino P. H. D. Carol. V. d. Art. 137. tales homicidæ omnes, cujuscunq; sint conditionis gladio puniuntur, werden mit dem Schwerde vom Leben zum thode gestrafft. Vid. Hen. Arnis. lib. 2. de Jur. majest. c. 3. p. (mibi) 265. & seq. Melch. Jun. 3. Quæst. Polit. 100. Tholos. d. c. 15. n. 1. 2. 14. & seq. Aliquando ex circumstantijs, atrocius. l. un. C. de his qui parent. vel liber. occid. l. penult. ff. ad L. Pomp. de Parricid. P. H. D. Carol. V. d. Art. 137.*

84. Gravissimè igitur peccant Judices, sive superiorem in his terris recognoscant, sive non, si hujusmodi poenam vel minuant, vel omninò remittant. d. Novell. 30. c. ult. & Novell. 134. c. ult. in princ. l. 2. in fin. C. de Commerc. & mercat. Novell. Leon. 61. 62. 66. 67. in princ. 77. & 105. in fin. C. Ne sanct. bapt. iteret. A. Tiraq. in Tract. de Pæn. temper. in prefat. n. 8. & seq. ubi refert Carolum primum jussisse judicem suspendi, qui homicidam poenâ manus tantum punierat. Vid. disput. nostram, de offic. judic. Tb. 17. 18. 19. cum seqq; ubi Dissidentes referuntur, vel nobilib9 ex statutis, aut cōsuetudinib9 impijs (quales viguerunt olim apud Danos, Holfatos, Suecos, Moschovitas,

E

Polonos

Polonos, Francos, *testante Bodin. 1. de Republ. 8. n. 39. in fin. & lib. de Republ. 6. n. 766. in fin. & n. seq. Lud. Rom. Sing. 706. P. Heig. 2. Quæst. 24. n. 43. & adhuc apud Frisios more detestando vigere dicuntur*) poenam duntaxat pecuniariam imponunt, *c. 2. c. 3. c. 4. Dist. 4. c. 1. c. 2. c. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & seq. Dist. 8. c. 1. c. 2. Dist. 9. c. 1. c. 2. c. 4. Dist. 10. c. 7. c. 8. c. ult. Extr. de Consuet. junctis text. in Th. preced. alleg. Treutl. d. disp. 32. Tb. 5. in fin. Jul. Clar. in d. §. homicidium. n. 19. Diss. Bartol. in l. 1. de Public. judic. vers. ulterius quero. Gomes. 3. V. R. 3. n. 2. 56. & seqq:*

85. Qui ἀδολως coedem admittunt, id (*ut Th. 58. dictum*) aut faciunt Casu: aut necessitate: Si quis casu citra ullam culpam quid facit, ex quo hominis coedes sequitur, omninò est excusandus. *d. §. 5. l. 1. l. 5. C. de Sicar: l. 9. §. ult. l. 11. in princ. l. 31. l. 52. §. fin. ff. Ad L. Aquil. §. 3. §. 4. cum seq. Inst: eod. c. 37. c. 49. c. 50. Dist. 50. c. si quis 13. Caus. 15. q. 1. c. 8. Caus. 23. q. 5. quia ea quæ ex improvise, casu potius quam fraude accidunt, fato plerumq; non noxæ imputantur. c. frater. 47. d. Dist. 50. d. l. 1. C. de Sicar: Joach. à Beust. in l. 3. ff. de Jurejur. n. 43. Tholos. d. lib. 36. c. 20. n. 5. & seq.*

86. Qui moderamine inculpatae tutelæ adhibito aliquem occidit, non solum in foro fori, *propt. text. express. in l. 3. ff. de J. & J. l. 4. l. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. Unde vi. l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar: l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi armat. P. H. D. Carol. V. Art. 140. & Art. 142. vers. So aber der Eieger. Artic. 139. vers. welcher eine rechte Nothwehr, sed & in foro poli Genes. 9. v. 5. & c. 14. v. 14. Exod. 20. v. 13. & c. 22. v. 2. & c. 32. v. 27. Deut. 5. v. 17. Mattb. 26. v. 51. 1. Job. 3. vers. 15. c. 9. c. 41. Caus. 23. q. 5. c. 18. Extr. de Homicid. ab omni poena est immunis, secundum communem Capoll. Consil. criminal. 42. Co-
var.*

var. in Clem. un. de Homicid. p. 3. §. 1. n. 6. communiorem, Zoanet. de Homicid. part. 1. n. 11. & seqq: Bart: Romul. in d. l. ut vim. 3. part. 1. n. 19. & seqq. Plac. de Delict. c. 28. n. 3. in fin. Geil. d. Obs. no. n. 9. & seqq: & 1. de P. P. 5. n. 19. in fin. communissimam, & apud Theologos receptissimam sententiã, Airer. 1. Proceß: 7. Obs. 8. n. 3. Ferd. Vasqu. 1. Contr. II. Dn. Ernest. Cothman. Resp. 34. v. 37. & seqq: Jul. Clar. in d. §. homicidium. n. 24. Obrecht. Disp. 3. Th. 22. & in Tract. de Neceß: defens. c. 7. n. 26. Goclen. Probl. Eth. 115. VVesenb. 1. Consil. 19. n. 5. Fach. 3. consil. 1. Diss: Accurs. Bart. Abb: Roman. & alij relati à Treutl. 1. Disp. 1. Thes. 4. c.

87. Si hoc moderamen excesserit, non ordinariã, ut voluere Salyc. Bald. Dec. & alij relati à Iac. Novell. in Tract. de Defens. in Tit. Homicid. quib. ex caus. à pœn. mort. excus. n. 23. & seqq: sed extraordinariã poenã erit afficiendus. arg. d. l. 1. in princ. §. 3. l. 7. ff. de Sicar: P. H. D. Carol. V. d. Art. 142. in fin. Schrader. de Feud. part. 9. c. 4. n. 73. 79. & seqq: Fachin. 1. c. 32. Treult. d. Disp. 1. Th. 4. c. Arum. Exercit. Iustin. 20. Th. 12.

88. Quasi homicidæ deniq; sive, ut ab Henr: Bocer. d. class. 3. Disp. 14. Th. 30. appellantur, Prohomicidæ, (de quibus supr. in Th. 65. dictum) aliam ex L. Cornel. de Sicarijs: l. ejusdem legis. 3. §. antepen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. aliam ex D. Hadriani. l. 4. §. 2. l. 5. & l. seq. ff. eod. aliã ex D. Justiniani. d. Novell. 142. c. 2. aliam ex Leonis d. Novell. Leon. 60. constitutionibus: aliam deniq; ex novissimã consuetudine poenam sustinent.

COROLLARIA.

1. Si frater non potest occidere fratrem, stante statuto, quod liceat bannitum occidere, *ut cum Nell. de S. Gemin. Hippol. de Marsil. & Cyn. vult Job. P. Surd Consil. 33. n. 9.*
2. Multò minò poterit pater bannitus occidi à filio.
3. Occisus, vel ejus Cognati si homicidij poenam occifori ignoscant, id Magistratui minimè præjudicat.



CARMEN GRATULATORIUM AD ADOLPHUM VVINTHORN PUBLICÈ Respondentis vicem subeuntem,



*Cilicet extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, per terras nocte dieq; volat;
Ut corradat opes, corradat & aeris acervum,
Et tumeat gazis pera, rubore nitens.
Corradat vestes Italas & murice tincta
Vellera, quæ Phrygiâ fœmina pinxit acu;
Haud secus Aonidum cultor per saxa per ignes
Transit, Musarum nectare corda rigans.
Ille terit libros, & docta volumina versat,
Et studijs inhiat nocte dieq; suis;
Inde novenarum celeberrima fama sororum
Evadat, magnis annumeranda viris,
Sic quoq; mactæ animi, jam fortia tela retorque,
Teq; virum præstans læta trophæa feres.
Amicitia ergò apposuit*

JACOBUS LANIUS
Rinthel. Schaumb.

Kp 4299


ULB Halle 3
006 699 049



W.D.







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

TATIO 27 658.

ICIDIO

M. A.

ESIDIO

nsultissimi Viri

S EICHRODII

D.

omitis ac Domini

STI COMI

SCHAUMBUR-

DN. IN GHEMEN,

tris Gymnasij Hagensis

arij, & pro tempore

ræceptoris sui sum-

ia colendi.

discutiendam proponit

NTHORN Schaumb.

rum 13. Martij.

4299

mburgicorum.

1613.

